

in mūdo tūc mutabilis dūmicitur. qz de loco ad
locū mouetur. **A**mplius. si deus aliqn est in ce-
lo et non in mundo. tūc ibi tantum aliquid est
ubi ipse est. alibi autem nichil est. vbi enim de-
us non est ibi nichil est. Si enim p singula loca
est diuisus tunc constat ex ptibus. et sequitur
qz sit passibilis qui per loca est diuisibilis. et etiā
solubilis. **O**mne enim quod partibz cōstat dis-
solui poterit. Si autē in singulis locis ē totus.
tunc tot sunt tota quot loca. **O**mne enim quod
vni loco totum includitur. eius nulla pars in
alio loco esse dūmicitur. et sequitur qz deus loco
cōcludatur. q̄ cūcta pugillo cludere p̄dicat̄.
Quod si scdm vices tporū mutatur et heri in vno
et hodie in alio cras inter cō loco commoratur
tūc temporalis ē et iam p̄teritū amittit. futurum
adhuc non habet. sed et cūcta accidentia in eū
concurrunt.

Declaracō specialis qz deus sit illocalis. / xrv.

Sous falsissime opinionis machinamēta
facile dissoluūt huius sacre turris instru-
mētā. Dei potētia nichil aliud est q̄ eius essen-
tia. ideo deus nō alicubi ē determinate. s̄ vbiqz
essentialiter. Deus q̄ immensus ē. locus autē
scz spaciū qd qdlibz corpus occupat altitudie
latitudine longitudie mensurat̄. **E**t quicqd ē
locale. p̄ antērius et posterius p̄ dextrosum et si-
nistrosum p̄ sursum et deorsum circumscribitur.

Deus igitur nec partim in mundo nec aliquando totus in celo nec aliquando in mundo. nec per singula loca diuisus nec in singulis diuisus est totus. Sed extra omnem locum repletur et in se continens cum cuncta creatura penetrans vniuersa per substantiam continuans ubique scilicet in omnibus et extra omnia est totus. sicut lumen lucerne in oculis omnium astantium totum lucet et in se ipso totum manet. non a se ipso recedit ut ad partes perueniat nec vnum relinquit ut aliquid luceat. sed potius singulis et omnibus simul totum lucet. et in se ipso totum manet. Sic deus ubique et in omnibus est totus. et scilicet in se ipso permanet totus et a se non recedit sed cuncta in se colligit.

Quo Christus totus in celo totus in virginis utero. **Ca. xxvj.**
Hic queritur cum deus loco non includatur. quod Christus totus in virginis utero totus in celo predicetur. cum uterus virginis locus non dubitetur. In celo totus fuit in patris essentia. ut in anima tota sapientia. In virginis utero totus. ut verbum totum in voce. Deus enim initio et fine caret. et ideo omnino eternus manet. Igitur nichil ei fuit preteritum nec futurum recipit. sed extra omne tempus patris et semper ubique existit. unde et est cognominatur. quia eternitas eius omnia tempora disponens nullo tempore variatur. Etenim machina vestre multiplicis propositionis contrahit. nullum accidens cadit in deum. **¶** Fra tres.